Ros Dok Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

August Varenius

Augustus Varenius D. Benevolo Lectori SS. Theologiae inprimis Cultoribus S. P. D. Inter ... Augustini Libros sunt libri IV. de Consensu Evangelistarum ... P. P. Dom. Jubilate d. 6. Maii A. MDCLXVI.

Rostochii: Kilius, 1666

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn769849563

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

6 Mai 1666

AUGUSTUS VARENIUS D.

Benevolo Lectori
SS. Theologiæ inprimis Cultoribus
S. P. D.

INter ὁμολογουμένους AUGUSTINI Libros ſunt libri IV. de Conſenſu Evangeliſtarum. Hos enim & ipſe in *retractationum* libris velut γνησίους ſuos agnoſcit, & in Indiculo accuratiſſimus Poſſidius, extra aleā fidei poſitus, AUGUSTINO vindicat. Operoſiſſimus in libro III. jam inde â c. 24. adusq; finē libri magnus Auguſtinus eſt, tùm in 4. *Evangeliſtarum hiſtoriæ reſurrectionis Evangelicæ dubiis Harmonicis expediundis, tum in Apparitionum Servatoris*, in Intervallo quadragenæ Reſurrectionis, & glorioſæ ὑπερυψώσεως ſ. *ſupra omnes cælos* ad ipſam Majeſtatis dextram aſcenſionis, *numeris, accuratè determinandis*. Licet enim Servator, poſtquam tumulo valedixit, in illâ *dierum quadragenâ*, non continuatam pari, pariterq; familiari ſchemate converſationem conceſſerit Apoſtolis, qualem inter *Baptiſmum Johannis & mortem crucis*, nihilominùs & Apoſtolis, & Diſcipulorum longe plurimis, quin vel quingentis ſimul Fratribus ſe conſpiciendum præbuit: nec apparuit ſolùm: ſed & cum Apoſtolis *edit ac bibit*, imo (ad quod magis intererat) *ſermones* ſanctiſſimos cum illis habuit, & ex univerſo ſcripturarum campo collectis floribus paſſionalibus & triumfalibus Evangelicis conventus Academicos inſtituit, verè ſic non ſolùm ὀπτανόμενος αὐτοῖς: ſed &, quod majus eſt, συναλιζόμενος. Act. c. I. 3. 4. De apparitionum illarum numeris S. AUGUSTINUS ore rotundo ſic mentem exprimit: *DOMINUS JESUS in Evangelicis libris commemoratus eſt ab hominibus viſus, antequam aſcendiſſet in cœlum, in terrâ novies! in aere ſemel, aſcendens.* Poſtquam ergo nuper exequias DOMINO JESU ivimus, placet nunc (ſic temporum rationario monente, ipſo inprimis TRIUMFATORE nobis virtutem inſpirante) illam apparitionum DOMINI GLORIÆ reſuſcitati Decadem, & cœtera, quæ jam aſcenſurus intra dierum aſcenſionis & effuſionis S. Spiritus decadem, præcipuè meditari Servator Apoſtolos juſſit, in Auditorio magno horis ſemper ab 8. ad 9. matutinis publicare, & hoc quidem ordine, ut audiatur

Maji VII. d. APPARITIO I. facta Mariæ Magdalenæ, &, quomodò cum in comitatu cœterarum mulierum venerit, ſola primò DOMINUM viderit?

IIX. II. facta mulieribus à monumento reverſis, & colloqvium cum mulieribus tùm Angelicum, tùm Dominicum.

X. III. An rectè Auguſtinus l. alleg. *Omnium Virorum primò apparuiſſe intelligitur Petro?*

XI. IV. & colloqvium JESU cum diſcipulis Emauntem profectis.

XIV. V. JESU in Collegio Apoſtolico, Thomâ abſente.

XV. VI. In eodem, Thomâ præſente, & propter Thomam.

XVII. VII. ad lacum Tiberiadis apud Apoſtolos Piſcatores.

XIIX. IIX. in monte Galilææ facta 500. fratribus ſimùl.

XXI. IX. in Conclavi Hieroſolymitano & eductione Apoſtolorum ad montem oliveti.

XXII. X. Ipſo die ultimo σκηνώσεως in terris, in ipſo adſcenſu.

XXIIX. DOMINUS ASCENDENS in JUBILO.

XXIX. SEDENS AD DEXTRAM DEI.

XXXI. Intervallum aſcenſionis & Pentecoſtes Apoſtolicum.

Cal. Junii. Promiſſus Apoſtolis Baptiſmus S. Spiritus.

Ita D. V. ibimus in προσδοκίην Pentecoſtes. Nec videbatur alia materia Auditorio Theologico nunc magis apta, poſtqvam talem præſcripſit in ſummâ autoritate Lucas. Si qværatur enim, qvid in illâ qvadragenâ actum in Collegio Apoſtolico? reſpondebit ille Act. 1, 3. per dies XL. *locutus eſt cum Apoſtolis de regno DEI*. Si, qvid in *aſcenſionis & diei Pentec.* intervallo? reſpondet idem v. 4. *Mandavit eis, ne Hieroſolymis abſcederent*: ſed *ut ibi promiſſionem Patris conſpectarent*! Pareamus & nos ſummo exemplo, cras ad hæc ſacra conventuri, his autem abſolutis, poſt Pentecoſten, ſi *DOMINUS volet & vivemus*! ad ordinaria Theologica argumenta redituri, qvin & hàc hebdomade Collegium Theologicum lectorium & diſputatorium, in qvo per annum ſudavimus & alſimus, D. V. abſoluturi. P. P. Dom. JUBILATE d. 6. Maji A. cIɔ Iɔc LXVI.

ROSTOCHII, Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr. Anno 1666.

T. 512. 1666. Mai 6.
23
338 2

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn769849563/phys_0001
DFG

BIBLIOTHEK D. MECKLENB. RITTER- U. LANDSCHAFT

T. 512.
1666
mai 6

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn769849563/phys_0002
DFG

AUGUSTUS VAREN[illegible] D.

Benevolo Lectori
SS. Theologiæ inprimis Cultoribus
S. P. D.

INter ὁμολογουμένους AUGUSTINI Libros ſunt li[illegible]nſenſu Evangeliſtarum. Hos enim & ipſe in *retractationum* lib[illegible]ȣς ſuos agnoſcit, & in Indiculo accuratiſſimus Poſſidius, extra a[illegible]s, AUGUSTINO vindicat. Operoſiſſimus in libro III. jam inde [illegible]nè libri magnus Auguſtinus eſt, tùm in 4. *Evangeliſtarum hiſtoriæ* [illegible]*vangelicæ dubiis Harmonicis expediundis*, *tum in Apparitionum* [illegible]tervallo quadragenæ Reſurrectionis, & glorioſæ ὑπερυψώσεως [illegible]*ælos* ad ipſam Majeſtatis dextram aſcenſionis, *numeris, accuratè* [illegible] Licet enim Servator, poſtquam tumulo valedixit, in illâ *dierum* [illegible]on continuatam pari, paritèrq; familiari ſchemate converſatio[illegible]it Apoſtolis, qualem inter *Baptiſmum Johannis & mortem crucis*, nihilominùs & Apoſ[illegible]cipulorum longe plurimis, quin vel quingentis ſimul Fratribus ſe conſpiciendum præbuit: ne[illegible]m: ſed & cum Apoſtolis *edit ac bibit*, imo (ad quod magis intererat) *ſermones* ſanctiſſimos [illegible], & ex univerſo ſcripturarum campo collectis floribus paſſionalibus & triumfalibus Evange[illegible]s Academicos inſtituit, verè ſic non ſolùm ὀπτανόμενος αὐτοῖς: ſed &, quod majus eſt, [illegible]. Act. c. I. 3. 4. De apparitionum illarum numeris S. AUGUSTINUS ore rotundo ſic ment[illegible]DOMINUS JESUS *in Evangelicis libris commemoratus eſt ab hominibus viſus, antequam aſcendiſſe*[illegible]*rrâ novies! in aere ſemel, aſcendens*. Poſtquam ergo nuper exequias DOMINO JESU ivim[illegible]c (ſic temporum rationario monente, ipſo inprimis TRIUMFATORE nobis virtutem inſpi[illegible]aritionum DOMINI GLORIÆ reſuſcitati Decadem, & cœtera, quæ jam aſcenſurus intra [illegible]onis & effuſionis S. Spiritus decadem, præcipuè meditari Servator Apoſtolos juſſit, in Audito[illegible]s ſemper ab 8. ad 9. matutinis publicare, & hoc quidem ordine, ut audiatur

Maji VII.	d.	APPARITIO I. facta Mariæ Magdalenæ, &, quon[illegible]n comitatu cœterarum mulierum venerit, ſola pri[illegible]UM viderit?
IIX.		II. facta mulieribus à monumento reverſis, & c[illegible]cum mulieribus tùm Angelicum, tùm Dominicum[illegible]
X.		III. An rectè Auguſtinus l. alleg. *Omnium Virorum* [illegible]*uiſſe intelligitur Petro?*
XI.		IV. & colloqvium JESU cum diſcipulis Emaunt[illegible]s.
XIV.		V. JESU in Collegio Apoſtolico Thomâ abſent[illegible]
XV.		VI. In eodem, Thomâ præſente, & propter Tho[illegible]
XVII.		VII. ad lacum Tiberiadis apud Apoſtolos Piſcato[illegible]
XIIX.		IIX. in monte Galilææ facta 500. fratribus ſimùl. [illegible]
XXI.		IX. in Conclavi Hieroſolymitano & eductione A[illegible] ad montem oliveti.
XXII.		X. Ipſo die ultimo σκηνώσεως in terris, in ipſo adſcenſu.
XXIIX.		DOMINUS ASCENDENS in JUBILO.
XXIX.		SEDENS AD DEXTRAM DEI.
XXXI.		Intervallum aſcenſionis & Pentecoſtes Apoſtolicum.
Cal. Junii.		Promiſſus Apoſtolis Baptiſmus S. Spiritus.

Ita D. V. ibimus in προσδοκίην Pentecoſtes. Nec videbatur alia materia Auditorio Theologico nunc magis apta, poſtqvam talem præſcripſit in ſummâ autoritate Lucas. Si qværatur enim, qvid in illâ qvadragenâ actum in Collegio Apoſtolico? reſpondebit ille Act. 1, 3. per dies XL. *locutus eſt cum Apoſtolis de regno DEI*. Si, qvid in *aſcenſionis & diei Pentec.* intervallo? reſpondet idem v. 4. *Mandavit eis, ne Hieroſolymis abſcederent*: ſed *ut ibi promiſſionem Patris conſpectarent*! Pareamus & nos ſummo exemplo, cras ad hæc ſacra conventuri, his autem abſolutis, poſt Pentecoſten, ſi DOMINUS *volet & vivemus*! ad ordinaria Theologica argumenta redituri, qvin & hàc hebdomade Collegium Theologicum lectorium & diſputatorium, in qvo per annum ſudavimus & alſimus, D. V. abſoluturi. P. P. Dom. JUBILATE d. 6. Maji A. cIↃ IↃc LXVI.

ROSTOCHII, Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr. Anno 1666.

J. 512.
1666.
Mai 6.
2
23
338²